





I. O. M. D. E. A.

1613, 7

Consensu & Adprobatione

Amplissimi in florentissima Salana Jctorum
Ordinis

20

seqventem Juris positionum

DODECADEM

PRÆSIDENTE

Clarissimo & Consultissimo Viro,

DN. ERASMO UNGEBUR,

J. U. Doctore Excellentissimo, Fautore &

Præceptore meo aratè
colendo, &c.

publicæ Disquisitioni subijcio

CHRISTOPHORUS HOEFLICHIVS NO-
RIMBFRGÈNSIS,

IN BRABETERIO JCTORUM

Hor. VI. Matutin.

Ad Diem XXIV. Decembr.

ANNI

PAQEM JEHOVA TPTIS PABIS.

1613

August. 1. de Trin. 11.

Non pigebit me, sicubi hesito, quarere: nec pudebit, sicubi erro discere,

JENÆ

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI.

Viris Magnificis, Amplissimis, Nobilissimis,
 Dn. MARTINO Haller / vom Hallerstein / zum Zigel-
 stein / &c. Sculteti Norici vices tenenti,
 Dn. JACOBO Starckh / von vnnnd zum Reckenhoff /
 Censoribus gravissimis, laudatissimis,
 Dn. JO ANNI Nitzel / vom Sonderspübel /
 Du. PAULO Behaim / Arc. Cas. Praefecto,
 Dn. GEORGIO Volckammer / Scholarchæ Primario,
 Dn. DAVIDI Zarsdorffer / E T
 Dn. G V O L F G A N G O Löffelholz / vom Kolberg /
 Florentissime ac Laudatissime Reip. Libere & Imperiali Norimberg. Senatoribus atq;
Septemviris splendidis, dignis, meritis. &c. Patriæ patribus vigilantiss.
 Dominis meis, Patronis & Promotoribus benignissimis,
 SALUTEM, OBSEQUIUM, PIETATEM.

EGo verò ad Vos scripturus, Conscripti Patres, si encomiasten agere, Vestrarumq; lau-
 dum campum augustissimum ingredi vellem, tam angusto temporis spatio nec illum per-
 currere possem; nec curta charta præconia, quæ dignissimi estis, caperet: At, si Vestra in me
 atq; adeo totam familiam beneficia, quæ iterata sæpius commemorare conarer, stellæ olym-
 pi dicere tentarem: pro quibus, si, quas deberem, gratias reddere insitnerem, mihi sanè non
 hominis, sed ipsissime Suae lingue opus, quandoquidem & tunc demum vir, quod mearum
 partium, ex se qui potis essem. His itaq; omnib. omisis, Et in tempus commodius (quod equidè
 SS. Triade adjuvante brevi futurum nullus despero) dilatis: hoc unum jam fateri sat sit, me
 Vobis P. P. obligatum esse, & quidem eo nexu, quem profiteri magis, quàm solvere ego homun-
 cio queam. Ne a. dum in arc. Vestro hæreo, ingratus videar, & benefactorum oblitus: hæc ex
 J. I. desumpta (quæ Joba docente ac ducente, sub præsid. Excellentiss. & Consul. J. D. D. Era-
 smi Ungebaur I, viri eminentis tam virtutis quàm eruditionis laudibus, ob easq; singulis bonis
 amandi ac estimandi: præceptoris mei & fautoris omni honore, amore atq; observantia in æ-
 ternum adficiendi ventilandæ, pro ingenio mei tenuitate defendenda proposui) miscella-
 nea, Vobis, P. C. cum debita animi submissione obfero, dedico, confervo: eâ, qua possim, pietate
 rogans, hanc observantia meæ significationem, gratæq; mentis indicinam, pro more Vestro
 laudabili, benè interpretemini, munusculum levè idem eò cultu, quò alia nostra adcepistis,
 accipiat; si placet, si vacat, serena fronte perlegatis, autoritatis Vestre clypeo obtegatis. Et
 eont ra liboris vim atq; incursum defendatis; meq; Vobis devotissimum, uti hæctenus fecistis,
 in futurum quoq; Vestro favore fovere pergatis. Salvete, valete P. Patriæ piissimi, Musarm-
 Mecenate optimi maximi, Domini mei, promotores & patroni omni observantia cultu pro-
 sequendi, valete, inquam, Vobis gannus instans (quem felicissimum bonis omnibus & commo-
 dis pregnantem comprecor ex animo) cum pl. seq. ex voto eveniat. Fiat! Fiat! Jene Anno
 cels. Jec XIII. prid. B. Thom. quo An. M. D. XC. hanc lucem adspexeram.

Vestr. Magnif. & Ampp.

Subjectiss.

Chr. Hefflichius Norimb. Aut. & Resp.

ΚΕΑΕΤΣΜΑ ΓΕΩΡΓΙ ΡΕΜΙ, *Patr. Aug. J. U. D. Consil. No-*
rimb. &c. ad oculissimum suum HOEFLICHUM.

Alta petunt flammæ, superasque evadere in auras
Contendunt valido nisu, molimine magno.
Pondus Idumææ contrâ consurgere palmæ
Attendant sursum, caput inque atollere nubes.
Præpes adunca Jovis, volucres sublimior omnes
Anticipans alis, cui nec Sol obstitit ipse,
Aëra nimbiferum tranat. **SIG INCLUTA VIRTUS**
Evehit, **HOEFLICHI**, mentem super æthera: mentem,
Ecce! tuam cœlis infert sollertia, nobis
Quam multis rerum documentis usque probasti:
Pluribus atque argumentis mox ritè docebis,
Quid valeant humeri, cum te **RESPUBLICA** tutò
In partem admittet quandam: velut ominor auspex
Haut vanus: vegetum quod me sperare jubebit
Ingenium: quæ spes ne unquam decollet, ab omni
Parte cave, cave. Macte animi virtute, sacratiss
Legibus impendas oleumque operamque. Valeto.

JOH. SVEVI, J. U. D. Antecessoris Jen. & Scab. ibid. Adressoris.

Ille solet meritò non segnis miles haberi,
Qui subit insomnes, cum vocat hasta, vices,
Non timer adversis audax concurrere signis,
Vulneraque armatâ ferre referre manu.
Certa novenam te fama **HOEFLICHE** Sororum
Ire per exemplum militis ire juvat.
Assiduè quales inter deprimere gaudes,
Unde tibi possit doctior ire dies.
Macte tuo ingenio, tibi laudis summa Cupido,
Hæc non ambiguam sternit ad astra viam.

JANICHUNRADIRHUMELI, Ph. & Med. D. Phys. Neag. Ord.

Vidi inter sese miscere in prælia linguam
Et **THEMIDEM** & **MELICO** præsidem in orbe Deû.
Materies tu litis eras, mihi cognite dudum
HOEFLICHI, haut fictæ nomine Amicitia,
Te, ipse Deus Melicus retinere volebat Alumnum
Musis; Justitiæ sed retinere Themis.
Mercurius fuerat Jove missus, ut inter utrosque
Componat linguæ non leve disidium.
Proponens: Fuerat tuus olim **HOEFLICHJUS** Apollo:
At Themidis, Jove nunc judice, Alumnus erit.
Arbitrium eventus sequitur: **PROBLEMATATA** Testes
De duplici quæ dis-jure-putanda dabas

Marte

Macte, animo hoc! Templum video, (nec fallor) HONORIS
Appertum & studiis digna brabeia tuis.
Quæ duce Junone augebit Cythareia reverso,
Inque foro magnum concinet inque thoro.

WOLFGANGI HEIDERI M. Politices Profess. Publ.

HOEF L I C H I, Sophiæ tibi prima, secunda Poësis,
Juris in ambiguo tertia cura foro.
Hæc perfecta trias Virtutis & Artis honore
Te faciet magnum præmeritisque virum.
Jamque diu placuit documenta dedisse priorum,
Nunc etiam legum solvere vincla juvat:
Et dubios ratione catâ discindere nodos,
O Decus, ô Patriæ Nomen, Honosque tuæ.
Perge cito properare gradu: tibi C T P R I A nectant
Et T H E M I S è Paphiis inclyta ferta rosas.

JOANNIS GRYPHIANDRI, Hist. & Poës. Prof. P.

POL sapis HOEF L I C H I, tibi conciliare peritos
Arte tua nosse, quos mox imiteris, amicos;
Quorum virtutes primis, mireris ab annis,
Quas & ego veneror: jurehinc mihi magnus habebis,
Cui R E M U S est magnus, cui R I T T E R S H U S I U S ingens,
Nunc major post fata, cui sunt lumina nostra
S A L A N Æ ante oculos, queis jam virtute probatus,
Dum quoque doctrina ac Themidis cupis arte probari,
Et pugil in notam validus descendis arenam,
Non est quod moneam aut votis flagrantibus optem,
Quam fors ut felix cæptis adspiret honestis,
Hisque parem efformet te, à queis cupis esse secundus.

JOHANNIS SCHRÖTERI, Ofter. March.

NOn tibi Phœbeos satis est ivisse per hortos,
HOEF L I C H I, & varias inde tulisse rosas.
Quin etiam sacra E U N O M I Æ penetralia lustras,
Ut patiant geminum C A R M I N A, J U R A decus.
Illa tibi L A U R U M promittunt, ista T I A R A M,
Et (nec me faller spes) aliquando dabunt.
Unanimes nisi turbarit discordia D I V A S,
Ut de te pugnent P A L L A S & alma D I C E,

ANNO

DIV STET NORIMBERGA, IN QVE FLORE FLOREAT!

F I N I S.

CUM DEO

Positionum Juris Controversi PRIMA.

Causam finalem jurisjurandi facit Wesen-
becius in *Parat. ad tit. de jurejur. ff. n. 6.* ut
lites expediantur, *l. 1. ff. h. t. & probatio-*
nis defectus suppleatur, l. cum, qui 30. d. t.
querere igitur lubet in limine velitationis nostræ:
Nu M homini Christiano permissum Juramentum prestare,
cum Salvator noster id prohibuisse videatur apud *Mat-*
theum c. 5. v. 37. ubi inquit: Sermo vester esto etiam,
etiam, non, non. Quod præter hæc est, id à malo est,
Nos licitum esse non dubitamus, modò per vi-
vum Deum fiat, *argument. c. ap. & si Christus 26. de*
jurejur. c. non est contra preceptum 12. c. si peccatum 14. 22.
q. 1. Neque juramento sancto magis offenditur De-
us, quàm vir bonus, cum testis citatur: potiusque de-
lectatur. Sed hoc non fieri debet inaniter, id est, ne-
que in re falsa, nam hoc esset Deum mendacem face-
re, neque in re levi, nam hoc esset Deum contemne-
re; neque si cui citra jusjurandum credatur, aut si res
non postulet, nam hoc esset supervacaneum: neque
si res per homines probari possit, nam hoc esset datam
à Deo Testimoni rationem repudiare, *ut eleganter ad*
c. 6. Deut. v. 13. Cast. FIDEI autem interpositio an jura-
menti loco habenda sit, valde dubitant Dd. Quod nos
cum Wesenb. *d. loc.* negamus. Impia enim est juran-
di forma quæ per alium, quàm vivum Deum juratur,
Deut. 6. v. 13. Impietatis verò nullum vinculum, nul-
la obligatio, *c. quanto 18. de jurejur. c. contingit 1. vers.*
quia verò, eod. in 6. arg. l. filius 15. vers. namq. ff. de cond.
inst. POENAM perjurij extraordinariam esse volunt Dd.
in l. fin. ff. stellionatus. cujus poenæ species duas adfert

A

Cuja-

Cujacius in not. ad Nov. 53. Pœna perjurii, inquit, hæc est ut absens reus qui dejeravit iudicio sisti, non citetur edictis sollempnibus, ut ceteri solent, sed requiratur & ducatur, &c. & paulo pōst: Pœna perjurii & hæc est, ut reus, quamvis sit ex his personis, quæ satisficere non coguntur, nunc satisfacere cogatur, nec amplius juratoriæ cautioni committatur. *Hæc Cujacius.* Hodie ex constit. Karulina perjurus quicquid ex perjurio lucratus restituere cogitur; prætereaque ignominia notatus, honoribus, dignitatibus, beneficiis, prærogativis omnibus privatur. Et amputantur illi digiti, quibus falsum juravit. Si quis verò falsum jureret, unde quem capitis damnari contigerit, eadem perjurus pœna multabitur, quam perjurio alteri intentavit, *Peinl. & alsg. Ord. art. 107. Nob. Dn. Remus, J.C. & Consil. Ngr. Faur. & amic. meus summè col. innotis ad Nem. Karul. quem vide.* II.

Umbonus iudex nihil ex arbitrio suo facere, sed juxta ll. & iura pronunciare, scitis juris obtemperare debeat, nec propriæ voluntati indulgere, c. *judicet 4. 5. 9. 7. v. bonus iudex. facit pr. Inst. de offic. judic. & ne aliter pronunciet, juramentum præstare teneatur, l. rem non nov. 14. C. de jud. Nov. 8. sub tit. Jusjur. quod præst. Duar. ad tit. de jud. c. de var. judic. præcept. Mascard. de prob. vol. 1. c. 1. n. 21. & c. 2. n. 15. imò si constitutiones Principum neglexerit, l. Corn. de fals. puniatur, l. 1. §. sed & 3. ff. ad l. Corn. de fals. leges autem velint, ut secundum allegationes, quas prius examinaverit, sententiam ferat, l. 1. ibi exam. alleg. ruis & c. C. de præscript. XXX. ann. l. illicitas 6. §. veritas r. ff. de offic. præf. c. judicantem 9. 30. 9. 5. manifestè sequitur; JUDICEM secundis acta & probata potius, quam secundum conscientiam judicare debere, Cl. Dn. D. Hübner.*

Conf. Norimb. Faut. & Amicus meus pl. col. disp. Just.
42. b. 29. 2. Nec enim quisquam simul & semel ju-
dex & testis in una eademque causa esse potest, *l. unica*
ff. de offic. conf. fac. l. f. C. de fideicom. c. 1. cum seqq. 4.
q. 4. 3. Debet autem iudex judicare secundum veri-
tatem, *d. l. rem non novam 14.* Veritas verò dicitur
id, quod probatum, aut per leg. præsumtum, *c. 1. jun-*
cto c. laudabilem 3. de Frigid. l. penult. ff. de prob. 4. Pu-
blica præterea auctoritate functus ex ea judicet, *l. Bar-*
barus 3. ff. de offic. prat. c. 1. de re jud. in 6. Clement. 1. de
seq. poss. Ergò id, quod sibi ut personæ publicæ ac ju-
dici cognitum (hoc autem fit per allegationes) non
id, quod sibi tanquam privato homini manifestum,
sequatur. 5. Constat enim, quod iudex ex instru-
mento non producto in iudicio (quamvis ita sibi pri-
vato exhiberetur sit, ut planè jus actoris ex eo cogno-
verit) sententiam ferre nequeat, *arg. c. adcipimus 4.*
cum seq. c. cum dilectus 9. de fide instrum. f. l. adoptio 16. ff.
de adopt. 6. Et si liceret secundum ea, quæ scit, pro-
bationibus deficientibus, aut, si quæ adductæ contem-
tis judicare, liceret ei etiam deficiente teste vel ad-
cusatore damnare quemlibet, cum tamen regulariter
absque accusatione nemo condemnandus, *l. rescriptio 7*
6. §. si quis 2. ff. de mun. & honorib. c. un. ut Eccl. benef. sui
dem. conf. c. relatum 3. 5. q. 2. c. de manifesta. 17. 24. q. 1.
ideo nec Christus adulteram *Job. 8.* damnare, nec Ju-
dam, qui fur erat, ejicere voluit, cum nemo hunc vel
illam adcusaverat, *Magnif. Dn. D. Pinggitzer Ordin.*
Jen. & Scab. Adf. Præcept. meus venerand: illustr. qq.
dec. 1. q. 4. n. 3. quin valde durum, inhumanum, legi-
bus & consuetudinibus contrarium esset, cum tamen
hæc imprimis observare teneatur, *d. pr. Inst. de off. jud.*

7. Et sapius, factâ hac cipotestate, odio magis, quam
aquitate indutus, ex propria & pra-concepta opinio-
ne, non ex conscientia ll, munita iudicaret, & ita gra-
viter delinqueret. Peccandi igitur fenestrâ clauden-
da sunt. 8. Ideoque iubetur Praeses Provinciae si-
dem eorum, quae probabuntur, sequi, *in d. l. illicitas §.*
veritas 1 ff. de offic. praes. quod utique taxative exaudi-
ri debet, ita, ut contraria iudicis scientia excludatur.
9. Propter *l. qui accusare 4. C. de edendo. l. possessores 2.*
de prob. l. si quidem 9. C. de except. l. negantes 9. de Obl. &
Act. quibus in legibus cetera illa juris regula traditur,
quod deficiente probatione succumbat is, cui probati-
onis onus incumbit. 10. Tandem pro nostra sen-
tentia militat *c. pastoralis 28. §. quia verò de off. deleg.*
c. sepè 2. §. sententiam Clem. de V. S. c. ult. 15. q. 5. DIS-
SENT: Dd. comm. qui Glossographum Martinum seqq.
quorum argumenta ad ipsum disputationis actum re-
servamus, *QUÆRITUR autem, quomodo se salvare*
possit aut debeat iudex, an igitur contra veritatem (quod
quidem innuere videretur *d. c. pastoralis 28. de off. deleg. ubi*
Innocentius, in §. quia verò, sententiam quamvis injustam
exsequi iubet) & contra conscientiam (*glossa sane in mo-*
do d. c. conscientiarum religionem irridet, la samq. conscien-
tiam deponere suadet) pronunciabit? Non. Rectius fa-
cit iudex, si cum Agellio, (*lib. 14. c. 2. noct. at:*) à ju-
dicando abstinat, & sibi *NON* liquere juret, quam
nostram opinionem etiam probat *Coras. 4. miscell. 20.*
n. ult. cū tali in casu meritissimè dubitari possit, quid
agere debeat, iurfirmatis per conscientiam suam pro-
barionibus, aut victa à probationibus conscientia.
Vel ut exemplo, *P. Scip. Emiliani, cuius meminit Tullius*
in Cluent: Plut. in apophi: Val: Max: libr: 4. c. 1. exemp.
Rom: 10, aut C. Juli Xyri, de quo apud Livium, iudicis

officio seposito, testis vel adulatoris officium adsumat, vel ad majorem judicem rem deferat, illudque quod sibi responsum exsequatur *Cl. Dn. D. Hübner: d. d. & d. th. Cujac: 12. observ: 19. Hotom: illust. qq. 35. & c.*
III.

Defensionē sui jura nostra permittunt, *arg. l. ut vim 3. ff. de j. & j.* Quidquid n. ob corporis sui defensionem quis facit, id jure fecisse existimatur, hinc illud *Ovidij de arte:*

Judice me fraus est cōcessa repellere fraudem,

Armaq; in armatos sumere jura sinunt.

quin& animalia quæque ad sui defensionem naturæ inclinatione prona sunt. Nam, *ut canit Propertius:*

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,

Verum etiam instanti lesa repugnat ovis.

Inde quaestio inter Dd. orta est: *ADGRESSUS si adgressorem interficiat, num L. Cornel. de sic. teneatur?* Adhibitis quibusdam requisitis negamus, 1. Ut propulsatio non ulciscendi, sed tuendi causa suscipiatur, (nam quod excedit ultio est, seu vindicta, *l. scientiam 45. §. qui cum 4. ff. ad L. Aq. Dd. 1. com. 8. II.* Ut nulla interposita mora, sed in ipsa concertatione & adgressione fiat, *l. quod est 3. §. si igitur 9. l. qui possess. 17. ff. de vi & vi arm. l. sed & 12. §. 1. ibi: mox, quod Cujac. ex continenti interpretatur ff. quod metus causa d. l. scientiam 45. §. 4. ff. d. t. Cujac. 5. obser. 18. Gail. lib. 1. de pac. pub. 16. n. 12. & latius n. 17. Dn. Först. Jun. p. 1. d. ult. th. 10. qui & dissentientes adducit. ET in tali casu non requiritur paritas armorum, sufficit enim quo modo, quæve ratione adgressus se salvare possit, *arg. l. & qui 2. cum seq. C. ad L. Corn. de sic. l. sed & si 5. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. de vi, ubi Donell. n. 7. quæ II. cum non distinguant inter arma nec nos distinguamus, vide Clarif.**

*Dn. D Hillig. in suo Enuc. Don. lib. 17. c. 2. lit. L. in not. Nec primum ictum expectare tenetur. Satis etenim hoc, si adgressus adgressoris ictum sibi imminere, gladium vel telum stringi videat, heic enim quin in vita periculo versetur nemo negabit, per l. 2. l. 3. §. l. 4. C. ad Leg. Cornel. de sic. l. 1. C. quand. licet. cuiq. sine jud. ibi: mortem quam minabatur excipiat, cum satius sit obcurere, quam post exitum vindicare, d. l. 1. l. sed s. ad L. Aquil. juxta tritum illud; MELIUS pravenire, quam praveniri, D. Hill. d. loco lit. E. cui ad stipulatur Nemesis Karulina, art. 140. qui ita sonat: Vnd so einer den V�ndheiger entleibet / ist er darumb niches schuldig / ist auch mit seiner Gegenwehr / bis er geschlagen wird / zu warten nicht schuldig / vnangesehen ob es den geschriebenen Rechten vnd Gewonheiten zu wider were. Ubi Nobi-
liss. Dn. Remus in sua paraphrasi latina ad d. art. III. Re-
quisitum si adgressus sine vita corporisque periculo, honoris & fama suæ iactura commodè effugere, abire, evitare periculum nequeat, arg. d. l. scientiam §. 4. Nem. Karul. seu P. H. D. art. 140. ERGO si quis ita provocatus, formula communi; Wenn Er von ehrllichem Stamm vnd Etern geboren / ut adpareat, non cogitur fugere, (fama enim & honoris iacturam sentit, existimationemq̄e amittit, cui tamen in primis quilibet maxime consulere debet, arg. l. filius is. v. nam que facta ff. de condit. inst.) & si vi armata resistendo ad veritatum inierimit, ab homicidio excusatur, per l. supra alleg. Magis tamē Christiano convenire puto, si de jure suo aliquantulum decedat, affectibus resistat, iram refrenet, fugâque malum vitet, quod inde sequitur. Quamvis enim inimicum peremerit, suas tamen manus humano sanguine polluit, conscientiamq̄; suam gravat.*

Quod

Quo d' autem quis aliquem propter minas impunè inter-
fere possit negamus, quia vis non verbis, sed factis in-
fertur, *l. metum 8. C. que vi metusve causa.* Metusque
debet esse præsens, *l. metum 9. ff. quod metus causa,* nec
in dubio vitæ discrimine tali in casu constitutus, cum
habeat remedium cautionis de non offendendo, il-
lumque coram magistratu convenire possit. Ideo
enim iudiciorum vigor, jurisque publici tutela consti-
tuta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem,
l. nullus 54. C. de Jude. tam diu, quam diu iudicis copiam
habeat. Legitimis namque remediis ius suum
persequi, nec sibi ipsi ius dicere debet, *l. creditores 7. ff.
ad L. Jul. de vi priv. l. non est 176. ff. de R. J.* **N**EC illum
occidere licet, qui alape inferende gratia alterum invadit,
qui non mortem, vel aliam graviolem afflictionem
per arma vel per ferrum irrogare conatur, quod *l. sed
§. 5. ff. ad L. Aq. l. si ut allegas 4. C. ad L. Corn. de sic. l. sci-
entiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. d. t. ad L. Aquil. expressè*
requirunt. De sui defensione hæcenus. Quærere lu-
bet: num etiam hanc tutelam in defensionem eorum, qui vel
sanguine vel amicitia nobis juncti, rectè suscipiamus? Et
quid nitecum non minus proximum nostrum quàm nos
iplos diligere jubeamur, *Matth. 22. v. 39. Marc. 12. v.
31. Levit. 19. v. 18. Et passim, Prov. 24. v. 11.* qui enim non
repellit injuriam à socio tam est in vitio, quàm ille, qui
fecit, *ut dicit Amb. in c. non inferenda 7. 23. q. 3. facit c.
ult. 23. que 3. juncto c. dilecto 6. de sent. excom. in 6.* Quis-
quis enim peccantem peccare patitur, is vires submi-
nistrat audaciæ. Et si culpa caret qui scit, sed prohi-
bere non potest, *ut inquit Paulus in l. 50. ff. de R. J. in*
culpa erit qui, dum prohibere potest, non prohibet
Quare Cic: rectè dixerit *1. off. duo esse genera injustitiæ,*
unum

unum eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab his, quibus inferunt, si possunt, non propulsant injuriam, Hic querat quispiam, cum illorum mentio facta, qui nobis amicitia juncti, *NUM omnes Gnathones, Benzelones, & idgenus alij, quos nostrates Tellerlecker / Maulfreund / &c. appellant (qui dum aura secunda fruimur, nobis adblandiuntur) amici loco habendi.* Quod negamus. Non enim amicos appellare debemus levi notitia conjunctos, ut tradit Paulus *in l. lat. & culpa 223 §. 1. ubi elegantissimè in prælectionibus suis ad hunc S. Cl. Dn. Præceptor Suevius D. Prof. & Scab. Ad sess. Jen. s. requisita recenset veri amici.* An autem etiam talibus subcurrere debemus si intetoger aliquis? Respondebimus debere, modò id commodè absque vitæ periculo possimus. Textus enim suprâ adducti indistinctè loquuntur.

IV.

Quoniam virginitas thesaurus inpretiabilis, quam Tororem angelorum, victricem libidinum *REGNAM* virtutum, possessionem omnium bonorum describit Cypr. *in lib. de virg. quæ, cum semel amissa vel corrupta, restitui nequeat, l. i. in pr. ff. de raptu virgin.* *RECTE facere virginem statuimus, si ob pudicitia sua defensionem insidiatorem ejus interficiat.* Eadem enim ratio in pudicitia defensione, quæ in vitæ amissione militat, neutra cum recuperari possit, *ut pulchrè Ovid. in Ep. Oenop. ad Par.*

--nulla reparabilis arte

Læsa pudicitia.

Longè acriùs & graviùs magnus Ecclesiæ Doctor *in c. Paulus 11. 23. 9. 5. ubi inquit: Audenter loquor: cum omnia possit Deus, sulcitare virginem non potest post ruinam.*

ruinam. Ideoque utriusque, puta vitæ & famæ defen-
sionem permittit, *l. ut vim 3. ff. de J. & J. in verbis vim & in-
juriam, ubi Hier. Stetzer VIM proprie vita, injuriã pudori
inferri ait, disp. Inst. 2. th. 21. facit quod Aug. 1. de lib. arb. scri-
bit, legem dare potestatem vel viatori ut latronem, ne
ab eo occidatur, occidat: vel culp. viro aut mulieri, ut
violenter in se irruentem stupratorem si possit, interi-
mat. Adde quod metus stupri major esse debeat, quàm
mortalis, *l. isti 8. §. quod si 2. ff. quod metus caus. facit textus ex-
pressus in l. 1. §. item divus ff. ad L. Corn. de Sic. ubi Div. Hadri-
anus rescripsit: cum, qui stuprum sibi vel suis per vim in-
ferentem occidit, dimitten dũ, Paul. 5. sent. 23. §. qui latro-
num, ubi Cuj. Cl. Dn. Prac. D. Arum. Prof. & Scab. Ad. Fen. d. 1.
ff. th. 4. Gail. 2. ob. 110. n. 5. & seqq. Trent. d. 1. th. 4. lit. c. P. H. D.
art. 139. welcher eine rechte Nothwehr zu Rettung sei-
nes Leibs vnd Lebens thut/vnd den Benschädiger ent-
leibt/der ist darumb nichts schuldig/in articul. autem
seq. explicatur quid sit eine rechte Nothwehr/in verb:
ohne Verlegung Ehr/vnd guter Leumuts/ &c. que duo
vocab. Nob. Rem. interpretatus HONOREM & famæ jactu-
rã, in sua paraphrasi, virgo a. cujus lasa est pudicitia, ma-
ximè infamis redditur: sicut è contrario ipsi Imp. in
ar. 119. d. P. 3. O. dicitur eine vnverleumbte Jungfraw/
cujus adhuc salva pudicitia. At, si subpresse vi virginis ma-
nus effugerit, impunè dimitendus à magistratu, si corã hoc
ille convenitur? Si sequimur Const. Karol. nõ dicere pos-
sumus, art. enim 119. ita sese habet: Derselb Vbelthäter (de
tali stupratore loquitur) hat das Leben verwürcket/vnnd
soll auff Beklagung der Benschädigten in Ausführung
der Missethat/einem Räuber gleich/mit dẽ Schwert
vom Leben zum Tode gerichtet werden.**

B

Cum

Cum veneni nomine comprehendatur omne id,
 quod per venas vadit, *Isid. Orig. lib. 11. c. 4. de br. anim.*
 (quandoquidem cum omnibus medicamentis, & salu-
 bribus & noxiis ita comparatum est, ut summa celeri-
 tate omnes transeant venas, ex iisdem si salubria sint,
 humores educendo: si noxia, bonos & salubres dedu-
 cendo, reliquos inflammando humores, easdem ipsas
 varias disrumpendo vel obstruendo, ulcerando, lustran-
 do, rodendo, perimendo, ut rectis: *Clar. D. D. Theod. Prof.*
& Scab. Adf. Jen. disp. crim. 7. th. 1. lit. a.) & vinum olium, an-
 tequam illud lethiferi succi vitus inventum, venenum
 adpellatum, eod. *Isid. teste lib. 20. c. 3. de potu*, motum arbi-
 tratur fuisse *Ant. Guib. Costanum lib. 1. quest. Jur. 16. n. 1.* ut
 reprehenderet. *J. C. Tos*, qui lege 3. ff. ad L. *Corn. de Sica* etiã
 teneri putant eas personas, quæ poculum amatorium
 vel dant, vel conficiunt. Inquit, adjectione *MALI* indi-
 care velle *Marcellum*, quædam venena non esse mala,
 cum venenum tam id quod ad sanandum, quàm quod
 ad occidendum paratur, contineat. Verùm cum hac
 de re latius agere, potius sit medicorum, quàm aliorum,
 illis eam relinquamus. Querere saltem placet, *NUM*
talis persona hac lege teneatur? Et si acutissimo *Cujacio* fi-
 des in *Legem Corneliam* quidem non incidit, capite,
 tamen punitur, morte secutã, ut habetur in *l. si quis 38. §.*
qui abortionis 5. ff. de pœn. Paul. lib. 5. ad L. Corn. §. 8. morte
 non secuta: humiliores in metallum, honestiores in In-
 sulam relegantur. Ratio hujus esse videtur, quod potio
 amatoriam non malo animo, sed ad concirandum amo-
 rem porrigatur. Verùm periculũ, quod sequi solet, vir
 aut mulier prænoscere debet. Notissimũ enim est, po-
 cula illa, *Φιλητα* vulgus adpellat, aut lethum aut furo-
 rem inferre, teste *Ovidio de arte*:

Nec

Nec data profuerint pallentia Philtra puellis.

Philtra nocent animis, vimq; furoris habēt.

*Juven. Sat. 6. Inde animi caligo, & magna oblivio rerū,
Quos modò gessisti: tamen hoc tolerabile, si nō
Et furere incipies.*

Imò sapius & mortem & rabiem post terga trahunt, ne
n. cottidianorum, quæ odiosa sunt, exemplorum men-
tionem faciamus, Lucretium adducamus, annon Poë-
ta ille nobilis tali poculo, quod Lucilia ei prabuerat,
ad rabiem deductus, sibi ipsi necem conscivit! *ut Hier. &
Eusebiantur.* Brevibus igitur audacter concludimus,
quæcunque personæ sibi, tali philtro, quod illicitis pla-
nè medis præparatur, sive in cibo, sive potu, amorem
conciliare studeant, eas hac lege teneri, Et si enim de-
linquendi animum non habeant, reæ tamen sunt lata
culpæ. *Cost. d. c. n. 6.* Quandoquidem lex est correctio co-
rū, quæ vel sponte, vel ignorantia delinquantur, *ut præ-
clarè Demosthenes inquit in l. nam § 2. ff. de ll. facit l. si puta-
tur 31 ff. ad l. Aq. præsertim cū opera Dæmonum, ut Por-
phyrius in lib. de sacrif. scribit, ea Philtra, amatoriaq; ma-
leficia infelices & scelerati homines plerumque ma-
chinentur.*

VI.

Forma, bonū fragile, canit Poëta 2. de arte am. opes, irri-
tamenta malorum esse inquit 3. *En. Maro.* Quærimus
igitur, Num hæc duo, ut hodie à plebisque fieri consue-
vit, (nec quidem immeritò. Nam, quem non delectet formoso
corpore Nympha, juxta tritum illud: *At Ψευδὸς ἀνοίξει πύργα,*
inquit Comicus) in ducenda uxore potissimum consideranda.
Novimus quidē pulciora semper gratiora esse omni-
bus. Amorem autem nihil esse, quàm desiderium pul-
cri, *Plato in symp. quod latius explicat Scal. Ex. 300. f. 3.* (Unde

B 2

pro

pro prodigio quodam habitus fuit ille cœcus

*Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ,
ut ex Juvenali recenset Eras: in Ad: in loco Amoris fol: 129.)*
Novimus pulcriorem faciem esse commendationem
mutuam, *Arist: apud Laert.* Novimus omnes juvenes, se-
cundum *Arnis: 1. pol. 3. p. 91.* (in primis verò Studiosos,
*Bl. in l. desiderium 7. C. depositi referente Rebuff: in priv:
Schol: priv. 20.)* pulcritudine trahi. Unde multi CC.
in c. tu nos 26. de Spons: adfirmant non peccare eū, qui
propter pulcritudinem matrimonium cōtraxerit. Ut
nihil jã de conjecturis dicamus, *scribit sanè in vita Æsop.
Pla. quem sequutus Alex. conf. 209.* In pulcro corpore,
pulcram habitare animam. Naturam conformare mē-
bra, ut moribus anima competant, *scribit Galen: 2. de
temp: 6. Grator est pulcro, canit Vir. Æn: 5. veniens
è pectore virtus.* Novimus, inquam hæc, at Corydo-
nis Virgiliani, qui in 2. *Eclog:* clamat:

*O formose puer nimum ne crede colori,
memores, formam non inspiciendam esse, credimus.
Sæpe etenim occuluit picta sese hydra sub herbã,
Et nivea irrepfit furialis lilia vermis.*

Elegans uxorum forma multa præterea secum tra-
hit pericula. Pulcras, communes sæpè fieri *respondit Bi-
as apud Agell. 5. c. 11.* Formosam feminam dulce vene-
num, compedes aureos & splendidam servitutem no-
minat *Perer: tom: 3. disp: in Gen. Chrysest: rem suspicio-
nis plenam, hom: 67. ad pop: Ant: forma n. libidinis in-
citamentum, Heliod: in Æthiop: 117. & lis est cum for-
mã magna pudicitia, Ov: Ep: 15.* In pulcriori muliere
semper majorem hæere impudicitia suspicionem, re-
liquit *Br. in l. f. ff. de her. Inst. Masc. vol. 1. concl. 61. n.
2. & 3. de prob, Menoch. lib. 5. præsunt, 41. n. 19.* Unde na-

tum verivertium, cujus meminit *Guaz: lib: 3. de civ: conuer.* Eum, qui equum habet album & venustā uxorem, nunquā esse sine dolore. *NEC* considerandas in eligenda thori socia divitias esse, docet *Nob: Alb. Gē. lib: 4. de nupt: 12. f. 449.* Nam sæpè in conjugis sit noxia, si nimia est dos, *Auf: Id: 12.* quin quò ditior, eò imperiosior est femina, juxta illud *Juv: Sat: 6.*

Intolerabilius nihil est quàm femina dives.

Oneribus haut esse gravius ullum ex omnibus, quàm feminam, dotem marito quæ tulit, inquit *Antiphanes.* Hinc ille apud *Comic: 1. Asin: 5.* conqueritur hoc modo: *Argentum adcepi: dote imperium vendidi, quod bene intellexit Mart: dum 12. Ep: respondit:*

Uxorem quare locupletem ducere nolim,

Queritis? Uxori nubere nolo mea.

Scivit sanè libertatem omni auro pretiosiore, ut & habetur in *l. libertas 106. ff. de R. J.* Nam cū divitiæ sint vilia bona, & ad lubricum fortunæ flatum vacillantia, virtutis major ratio, quàm pecunia & fortis habenda, *Prov. 22. v. 1.* Boni etiā mores omnib. divitiis preferendi, *S. f. l. de susp. tut. l. nō ei 17. ff. de adop.* Si qua rectè morata, satis dotata, si qua mansueta satis pulchra. Cōcordia nāque cum omni lucro præponenda, *arg. l. præponēda 5. C. de inst. & subst.* (quā optimum maximumq; conjugii bonum cōcordia, *1. Oec. 4. Cl. D. Gryph. P. P. Jen. faut. meo col. c. 3. Pol. q. 7.*) melius esse scripsit *Accursius ad Nov. 44. c. nos 2. l. 5. & non fingant 3. in f.* unam panis bucellā in gaudio habere, quàm totam domum plenam victimis cū jurgio. Ducenda igitur erit, ut clarius dicamus, quæ moribus ducenti conveniat, quæ ut cum *Gail. Jun. in Ep.* loquamur: *Non mendica nimis, nec opulenta nimis; Quæ nec pulchra nimis, nec quoq; fœda nimis.* B 3 Ne

Ne dum curiosè quæramus omnia, nunquam inveniamus, quod quærimus, *Clar. Dn. Gryph. d. l.* Est enim mediocritas virtus, cuius excessus in quancumque partè vitium, *1. Eth. 5.* & moderata omnium sunt optima, ut docet *Philos. d. lib. Eth. 2.* Atq; hæc sufficient de præf. quæst, quam cum grano salis adcipiant lectores. Nihil namq; connubii candidatis autoritate prætoria præscribere tentamus. Gratissimo n. animo agnoscendum confitemur ipsi, si qua veniat conjux, proba, pia, pudica, quâ pulcritudo & divitiæ tanquam pedissequæ sequuntur.

VII.

Adulterium ex l. Julia capitale crimen non erat, nec morte puniebatur, sed relegatione tantum, ceu apparet ex *l. si quis viduam 5. ff. de quæst. l. mariti 29. ff. ad l. Jul. de adult. l. qui testamento 20. §. mulier 6. ff. qui test. fac. poss. l. Claudius 13. ff. de his, quæ ut indigni. l. qui cum 4. §. adulterii 7. ff. de re milit. Cl. D. D. Hübner. disp. Inst. 43. tb. 17.* Capitale autem factum est posteriorib. In pp. constitutionib. ut patet ex *l. castitati 9. l. quamvis 30. C. ad l. Jul. de adult. §. ite lex 4. l. de pub. jud. QUARE æ olim transigere vel pacisci de adulterio non licuerit, ratio est, quia id disertè l. Julia cautum erat, *l. miles 11. in pr. ff. ad l. Jul. de adult.* Deinde quod maxime lædatur adulterius R. sp. cuius interest repleti hominibus liberis atque ingenuis, non in certa & probrosa subole, *l. cum ratio 7. ff. de bon. damn.* Tum etiam quod recte *Coras. lib. 2. misc. 1. n. 1.* sit adulterium ceteris criminibus gravius & detestabilius, arg. c. *quid in omnibus 16. 32. q. 7.* Ideoque Sanctus Apostolus *1. ad Corinth. 6. v. 18.* inquit: quod omne aliud peccatum, quodcunque committit homo, extra corpus sit, sed qui scortatur, in corpus suum peccet. His rationib. & illa adcedit, quod pro adulterio transgens lenocinium committere videatur, *l.**

ex

ex lege 2. §. lenocinii 2. l. miles 1. r. §. focer 3. l. is, cui 1. 4. ff. ad l. Iul.
de adult. Nobil. Dn. D. Scip. Gent. Antecess. & Conf. Nor. patrō.
& præc. meus atern. col. in prælect. suis ad l. transigere 18. C. de
transact. Nam qui ita transigit, non tam de periculo ex
adulatione imminente sollicitus esse creditur, quàm
viâ ad novos munire adulteræ amplexus, Gilk. ad d. l. 18.
n. 18. Cum adulterium ejusmodi crimen sit, quod ex in-
tervallo repeti possit: AN verò adulterium in Sponsam
committatur, quæstio nis est, quod cum Cl. Dn. D. Andr.
Dinero Antecess. & Cōf. Nor. præc. & faut. meo observ. in præ-
lect. suis ad §. item lex 4. & cum Lud. Schwartzmayr 2. Misc-
Jur. 3. adfirmare placet, Nec n. minus spes matrimonii
quàm ipsum matrimonium violari debet. Hinc Div. Ant.
& Sev. in luxor 13. §. 7. ff. d. t. ad l. Iul. de adult. quod adu-
terium in Sponsa vindicandum sit rescripterūt. Et spon-
sus sponsam adulterii adulare possit, l. propter violatã
7. C. ad l. Iul. de adult. nam pro uxore habetur, l. si sponsa
37. ff. de jur. dot. secuto enim cōsensu, matrimonium in
jure nostro fingitur, arg. l. nuptias 30. ff. de R. J. Quin & ju-
re divino eadem pœna irrogatur eis, qui cum despon-
sata, quàm qui cū uxore concubuerint, Deut. 22. v. 23. &
24. Tandem quærunt Interpp. Num idem jus sit in stu-
pro, quod in adulterio, quod quidem volunt, Wesenb. in c.
ff. ad l. Iul. de adult. n. 21. in f. Con. s. comm. Iur. civ. 7. n. 3. arg. l.
1. in ff. de extraord. crim. Nos distinguendum esse puta-
mus inter stuprum capitale & minus capitale, minus ca-
pitale, si quis virginem, vel viduam honestè viventem
stupraverit, (sed sine vi, si enim vis adcesserit, capitis reus est
juxta const. Karul. art. 119.) cujus pœna est in honestiorib.
publicatio partis dimidiæ bonorum; in humilioribus
corporis coërcitio cum relegatione, §. item lex 4. I. de
pub. jud. Capitale quod & Sodomiam vocant, quod qua-
le sit

Je sit ignōrare malumus, ut inquit Wegnerus *disp. 18. th.*
3. lit. a. cuius pœna olim gladius, *d. §. 4. l. cum vis 31. C. ad l.*
Tit. de adul. hodie ignis, ex const. Kar. art. 116. Vide Nob. Dn.
D. Remum ad hunc art. ubi pleno calamo de hac re scripsit. At-
 que de hoc idem jus quod in adulterio, de illo verò ut
 adfirmemus dubitamus. *QUIN* autem sit idem jus in ra-
 ptu non ambigimus, quandoquidem adulterio atrocior
 est, quia & adulterium & rapina committuntur. *l. unica,*
§. quæ multò 2. C. de rapt. virgin. Vide Cl. Dn. Prec. Arum. ad h.
l. 18. Concl. 38. Quam *l. 18. de raptu* etiam probè intelle-
 xit, eamdemq; secutus *Ottol.* (qui Juris Civilis peritiss-
 simus fuit) qui raptorē (non obstante quod transegi-
 set cum rapta, & ejus parentibus, eamque aded in ma-
 trimonium duxisset) futuro supplicio affecit in Italia.
ut est apud Theod. de Nien. in lib. de priv. & jurib. Imp. quem
allegat Nob. Dn. Prec. Scip. Gent. d. l.

VIII.

Furiolum homicidam pœnâ ordinaria non teneri,
 textus est expressus & elegans, *in c. aliquos 5. 15. q. 1. l. di-*
uvus 14. ff. de off. presl. penult. §. ult. ff. ad l. Pomp. de par. ubi
ob furorem parricida excutatur, talem namq; fati in-
felicitas exculat, l. infans 12. ff. ad l. Corn. de Sic. fac. l. quod
infans 60. ff. de rei vind. l. ult. ff. de ad. tut. Rat. adfert Gail. 2.
obs. 110. n. 20. quod in eo, qui mente & sensu communi ca-
 ret, dolus nullus sit. Cujus opinio videtur nobis o-
 primè confirmari *l. si cum 22. §. si maritus 7. ff. sol. mar. jun-*
ctâ l. emtionem 2. C. de contr. emt. ubi furioso mens & volū-
tatis consensus denegatur. Quin hoc morbo laborans
quiescentis & absētis habetur loco, l. si ei 2. §. furiosus 3. ff.
de jure codicill. l. ubi 124. §. 1. ff. de R. J. l. coram 208. l. ult. ff. de
V. S. Donell. ad l. furiosus 9. ff. de re jud. ignorātis §. sui autem
l. de hered. quæ ab intest. qui non intelligit, quid agat. §.
furi-

furiosus §. I. *de inut. stip.* nulli inferre potest injuriam, *l. illud* 3. §. *Sanè ff. de injur.* ipse v. patitur, *c. illud* 2. 15. q. 1. Erg. ex delicto non puniendus, *d. l. illud* 3. (quei n. quis in culpa, qui sua non est mentis? *l. sed* §. 5. *Et idè* 2. ff. *ad L. Aq.* imò delictum non cadit in eū, qui mente & intellectu caret, quia peccata ex voluntate procedunt, quæ libero mentis arbitrio & delinquendi proposito committuntur, *c. 1. per tot.* 15. q. 1. *Gail. d. lib. n. 20.*) satis nāq; per furorē patitur, *d. l. dirius* 14. d. l. p. §. *ul. ff. ad L. P. de par.* Atq; hæc dicta sint de furioso qui in factō, ante & post factum mēte captus, *sed quid de eo statuendum, qui perpetrato scelere demum furere inceperit? num in furore puniendus?* Sanè tam adfirmantium, quàm negantium sententia satis munita est, ita, ut utra prævaleat, vix videas. Nos igitur mediam viā ingredientes talem furiosum quidem puniri posse, sed mitius defendemus, ita ut differatur pœna, dū sanitatē receperit, ne si aliter fiat, anima ipsius periclitetur: si v. furor perpetuus, pœna pecuniaria ei imponatur. His præmissis, offert se nobis illa quæstio: *AN homicidium amoris estu inter corrivales commissum, ad similitudinem furiosi mitius puniri debeat?* quod cū *Ampl. D. D. Fom. Fac. Jur. Sen. & Scab. Adf. Jen. præc. nost. at at em obs.* non erubescimus adfirmare. *disp. 7. cor. 1.* Amor n. furoris quædam species est, hinc *Proper. l. 2. El.* Sine sensu vivere amātes, *ait.* Artificiose *Tragicus in sua Med.* amorem describit, inquitens:

*Cæcus est ignis, stimulatus irâ,
 Nec regi curat, patitur vè frenum,
 Haut timet mortem, cupit ire in ipsos
 Obvius enses.*

C

Nihil.

Nihilque amoris furore vehementius esse inquit Imp-
in Nov. 74. c. illud 4. rectè Phoc. σιωπὴς ἕως ἀπερῆς Ο Δ Ε
Κ Τ Π Ρ Ι Δ Ο Σ Λ Ι Ε Χ Ο Σ Ο Φ Ε Λ Λ Ε Ι. Obscœcat enim a-
amor homines, ideoque ille apud Pl. in Trin. Scio, ait,
re sponte non tuâpte errasse, sed amorem tibi pectus
obscurasse, vid. Clar. in pract. crim. §. f. q. 60. n. 10. & c.

IX.

AN rectè fecerit Fridericus, quod jus venandi subditis,
præsertim autem rusticis ademerit quæstionis est: no-
bis adfirmandum videtur, 1. Quod enim privatus in suo
loco, id in publico Princeps potest, ejus namque do-
minium habere censetur, l. litora 3. ff. ne quid in loc. pub.
l. servitutes 14. §. fin. ff. de serv. fac. c. 27. v. 6. & 28. 14.
Hier. Dan. 21 v. 38. Nec enim Princeps deteriori loco
esse debet quàm privatus, nec causâ est, quò minus
privatorum iure rectè utatur, ut docet Welsenbec. in L.
Parat. ff. de R. D. n. 7. arg. l. item veniunt 20. §. in pri-
vatorum ff. de hered. pet. l. 1. & 2. C. de jure ff. At cui-
libet privato licet & permillum est prohibere alios ne
in fundo suo venentur, §. fera v. planè, ubi Cl. Dn. D.
Dinner Prac. meus honorand. fac. l. divus 16. ff. de serv.
prad. rust. 2. Et si ex causâ publicæ utilitatis suum quan-
doque auferri potest, l. 1. ff. de usuc. l. 2. C. de quadr.
prescr. quidni etiam venationes, quæ concernunt eâ,
quæ nullius sunt, 3. Adde quod pacis & tranquillitatis
pub. intersit non esse commune omnibus jus venandi,
cum enim hodie ex venationibus infantiæ & acerbis-
simæ lites, inter Principes vicinos, imò inter fra-
tres, inter agnatos, & sæpius cruentæ cædes quoq; ori-
antur, dum nullus de jure suo sibi tântillum detrahi pa-
ri velit; quid futurum credamus, si promiscuè venari-
ones permiffæ? Feram enim istius telo vulneratam ille
perse-

persequeretur, vel ille fas non esse huic venationem
hoc in loco exercere contenderet, & sic infinita
mala, permisa cuilibet venatio (communio enim
temper parere solet discordiam, *l. in re communi 26. ff.
de S.P. Urb. l. cū pater 77. §. cum pater 7. ff. de leg 2.*) pro-
ferret? Annon omnia opificia, quibus bene constituta
Respubl. carere nequit, frigerent, dam otio tantum
dediti subditi? *Otium reges prius, & beatas perdidit Ur-
bes, canit Poëta.* Hinc iure nostro factum est, quod qui-
busdam officia quaedam, alioquin iusta & honesta in-
terdicantur, quo magis proprio officio vacare possint,
*ut in tit. C. ne rusti. ad ull. offic. devocent. & in tit. C. ne-
gotiatores ne militent arg. l. penult. & ult. C. de cohorta-
lib. lib. 12. auth. agricultores C. qui pot. in pign. l. colonos
15. C. de agr. & cens. l. 1. ff. de ferijs.* Quemadmodum
natus in fans sine nutricis lacte nō potest ali, neq; ad
vita crescēris gradō per duci, sic civitas sine agris, & eo-
rum fructibus in mœnib. affluentibus non potest cre-
scere, nec sine abundantia cibi frequentia habere, &c.
*ut ex Vitruv. 2. de Archit. refert Cl. Dn. Prac. Arum. in d.
20. th. 1. ff.* Annon etiam brevi tempore species fera-
rum, quæ in suo genere rariores sunt quàm cicures,
interiret? Præterea rusticis interdictus est armorum
usus. *c. 1. post natalem 4. vers. si quis de pace tenend. & ejus
viol. in usib. feud. & ratio est, ne lib. venationis prætextu
aliquando subditi concurrant, suumque magistratum
turbare conantur, & hanc ob causam omnibus tam u-
sus armorum, t. t. ut arm. usus. quàm venatio prohibe-
tur, d. §. 4. vers. ne quis retia.* Quaritur *AN eandem po-
testatem habeant Principes inferiores, Nobiles & Civitates
Imp. libera?* Quod affirmamus. Principes enim Comi-
tes & Barones tantum possunt in sua ditione, quantum

Imp. in Imp. Civitas a libera eadē jura cum Principe habet, *test. Gaill. lib. 1. c. 6. n. 10. Et n. de pac. p. ten.* Quia hi omnes memoriale praescriptione, aliquot seculorum decursu corroborata, quae instar privilegii pacti conventionis est, *l. hoc jure 7. §. ducto aquae 4. ff. de aqu. cott.* hoc jus sibi adquirent. *Myn. r. ob. 30. Wes. d. l. n. 7. vid. Cl. D. Boc. J. C. Et Antec. Tüb. in suo tr. de reg. c. 1. n. 52. Et seqq.* ubi hanc quaestionē tractat plenius, & contrariis argumē. abundē satisfacit. Quoniam igitur ob sup. addat. rationes sō venationis privatis jure ademptum, quaerimus *An fericide illi aut feripetae (d. i. w. i. l. d. p. r. e. t. s. c. h. ü. z. e. n.) supplicio ultimo adficiēdi.* Adfirmantibus calculum adjicimus, hoc tamē praesupposito, si scienter contra mandatum, in quo certa & specifica poena expressa, & quidem saepius feris insidiari fuerint. Et ita responderunt Scab. Lipsin tali casu consulti, consilium exstat in *Sachsensp.* & est ultimum: *von Straff der Wildpret schützen / so wider ausgegangenem Mandat Wild geschossen* *Vid. omnino de hac q. maximē controversa Cl. Dn. Harp. J. C. Et Ant. Tüb. ad §. fer. 12. n. 304. cum aliquot seqq. I. de R. D.* Nec illud attendendum, quod venatio primo capitalis non fuerit, neq; furti adpellatione veniat *arg. l. r. §. Scævola 15. ff. si quis test. lib. & injuriarum tantummodo teneatur, qui ingressus, ut docet Caspoll. de rust. sero. quem allegat Wes. d. l. & idē d. arbitrariā poenā mereatur. §. in summa 10. ff. de inj. ad mortem tamen extēdi potest, Mar. de ord. jud. p. 4. dist. 1. n. 45. disp. 3. n. 17.* praesertim si in Principem committitur *juxt. com. Dd. opin.* scilicet propter maximum Princ. contemptum, & quod correcti nō abstinerint. Nam si nimium & saepius persona contra factam prohibitionē grassantur in feras, ut opō sit exemplo in contētores praecipit Magistratus, poena exacerbari potest, *l. aut facta 16. §. ult. de poen. Cl. Dn. D. Boccr. d. l. n.*

ult.

ult. arg. l. 1. C. de superexact. in f. l. nemo 3. C. de epif. aud. l. capitalium 28. §. solent 3 ff. de poen. l. desertorum 3. §. si plures ff. de remil. l. servus 8. §. 1. C. ad L. Iul. de v. p. §. p. Fach. 1. cont. 2. Nec jure divino contraria nostra est sententia, quod vult, ut omnes mortales superioribus potestatibus pareant: eum nulla potestas, nisi à Deo sit, ad Rom. 13. v. 1. & D. Apost. in d. c. v. 4. ut magistr. sumat poenā de fontib. præcipit. Dei n. ministr. est; & gladiū non sine causa gestat, f. vers. ult. c. 7. Esdr. ubi in illos qui nō paruerint, sine dubitatione animadvertendum esse legimus. Moriatutur inquit Jehova Deut. 17. v. 12. qui præsidī non pareat, auferatur malum. Interest n. Reip. maleficia non esse impunita l. ita vulneratus 51. ff. ad L. 1. locatio 9. §. quod illicite 5. ff. de publican. l. si à reo 70. §. ult. ff. de fidejuss. Ideo que

-immedicabile vulnus

Ense recidendum, ne pars sincera trahatur,
Ur belle & benè Ovid. 1. Metam.

Quin & aliud timendum, si impunè dimitterentur istiusmodi grassatores. Testatur namq; ipsa experientia hos in feris initium, in hominib9 finem facere. Capitales enim imicitias gerunt cū saltuū præfectū (mit den Wild vnt Forstmeister) Quin sapius in ipsissimorum territorii dominorū vitā ausu plus quàm diabolico conjurant, eiq; insidias omni via ac ratione struūt.

Concludimus igitur hos violatorū & mandatorū contemtores rectè ultimo supplicio adfici, & ex inverterata consuetudine, (qua legis vim habet, l. de quibus 52. §. 1. cum l. diuturna sequent. l. sed & ea 35. ff. de Legibus) suspendi. Nec cadavera illorum sepeliantur, quò prætereuntes perterriti DEO, LEGIBUS & MAGISTRATUI obedientiam præstare discant.

Rem alienam in feudum dari posse ex hoc constat, quod Ecclesiasticæ personæ sive Prælati res Ecclesiæ, cui præsunt, in feudum dare possint, *c. unica C. de his, qui feud. dare poss.* quamvis earum domini non sint, sed tantum administratores. Episcopus enim rebus Ecclesiæ tamquam commendatis, non tamquam propriis uti debet, *c. sine exceptione § 2. 12. q. 2. Cl. Dn. Ritterbus. § 1. par. 1. 7. Præc. meus desideratis. disp. feud. 2. th. 6. AN autem Prælatum rem ad se reversam & in feudum solitam, absq; capituli consensu in feudum possit, disserit Cl. Dn. præ. Arum. disp. feud. 3. th. 7. & quod possit, ait, quem sequimur, propter *c. ex parte 2. de feudis, ubi dicitur, quod LIBERE possit Prælatum feudum ad se reversum, alij in feudum dare*: siquidem *in LIBERE* nullius requirat consentum, imò ut quis aliis vel in vitis vel in cæcis agere quid possit, permittere videatur, *arg. c. ut questionibus 2. de arbitris in 6.* Quin per hanc infeudationem damnum nullum inferitur Ecclesiæ, alter enim eodem, quò prior vasallus habuit, iure adcipit, *c. un. in pr. de his, qui feud. dare poss. per c. un. de L. Corradi. in usibus feud.* Et cur opus esset capituli consensu, cum non sit nova alienatio, sed potius veteris infeudationis continuatio: neque eæ sollemnitates, quæ in alienatione necessariæ, in hac infeudatione requiruntur, *c. fin. de reb. Eccl. alienand.**

XI.

Cum principalis sit finis feudorum, ut Reges & PP. sua liberalitate ad officia bellica devinceret sibi subditos, ut tempore necessitatis statim in præceptum essent milites, *c. Imper. in pr. ibi: per quod vires Imp. de prohib. feud. alien. per Loth. & c. Imperialem in pr. ibi: unde debita servitia de prohib. feud. al. per Frid. in usibus feud. Cl. Dn. præc.*

Rittersh.

Rittersb. in part. feud. proleg. & disp. feud. 1. th. 3. Quæritur AN femina ad feuda admitti possit, ut quæ vocata militariibus servitibus & laboribus fungi nequeat, cum propter sexus fragilitatem, tum propter honestatis justitiam, quæ non permittit ut femellæ se viros cœtui adlocient, l. 1. §. secundo loco ff. de postul. Negat posse Geor. Martinus in Synops. feud. q. 1. aliquot argumentis, quibus tamen nihil obstantibus verior est illorum sententia, qui adfirmantium castra sequuntur, quos inter Vir Cl. Dn. pr. Rittersb. d. d. 2. th. 56. propter c. un. in pr. de eo, qui sibi vel hered. suis c. un. de feud. fem. in usib. feud. Vide disp. 3. th. 32. feud. Cl. D. Præcept. Arum. qui contraria accuratè dissolvit. Quamquam enim non ipsa feminae per se, per substitutum tamē servitia præstare possunt. Idem de Clerico dicendum arbitramur, qui feudum non, idcō admittit, quia factus fuerit Clericus. modò per substitutum agere queat. Dubitandæ enim opiniones de iis Clericis loquuntur, quibus hæc facultas deest, Schwartzmair 3. Miscell. Jur. 5.

XII.

IMp. Leo, Nov. const. 50. respiciens L. Mosaicam, Gen. 9. 4. Lev. 7. 26. & c. 17. v. 10. & c. 19. 26. Deut. 12. c. 23. sancivit, ne ex sanguine cibis conficiatur, motus fortasse exemplo Apostolorum in Act. 15. v. 29. Quæritur ergò AN & hodie illi const. aurem morigeram præbere teneamur? Negativa placet opinio, tum quod Nov. illa teste Cujac. 17. obs. 31. parvæ sint authoritatis, tum quod nos in novo fœdere non sumus obstricti ad necessariū illud ciborum discrimen, cap. 14. ad Rom. v. 17. Thim. 4. v. 3. & 4. Nec sanctio Apostolica, absolutè lata, sed ad tempus & locum adcommodata fuit, idque scandali vitan-

vitandi gratia, ne apud infirmos, quibus abrogatio
Levitic. legis difficulter persuaderi poterat, offen-
diculum aliquod pareret.

Προσδομα ⑤ loco adjecimus.

I.

An relegatio infamet?

II.

An filius; sine parentum consensu contra-
hens matrimonium, exheredari
possit?

III.

An sumtus, studiorum gratia factos, restitu-
ere coheredibus filius
cogatur?

Laudes, honor cum gloria

In infinita secula

Sint SIMPLICI-atque-TRIPLICI!

Ad Momum Meum.

Omnia non omnes; nec Et omnibus omnia. Quare
Linque mihi mea, Tu fac meliora tibi.

FINIS.






X2617645

V077







B.I.G.

Farbkarte #13

M. D. E. A. 1613, 17
& Adprobatione
entissima Salana]ctorum
Ordinis
uris positionum
ECADEM

20

ESIDENTE
Consultissimo Viro,
O UNGEBAUR,
ellentissimo, Fautore &
ore meo atatem
olendo, &c.
isquisitioni subjicio
S HOEFLICHIUS NO-
BFRGENSIS,
TERIO]CTORUM
VI. Matutin.
XXIV. Decembr.

ANNI
O V A T T S P A B I S. 1613
V. i. de Trin. II.
querere: nec pudebit, sicubi erro discere,
E N Æ
ANNIS WEIDNERI.